ges tui. sapientes tui tyre facti sunt guberna/  
tores tui: lenes biblij ⁊ prudentes ei<sup>o</sup> habue/  
runt nautas ad ministeriū varie suppellectilis  
tue. Qēs nauis maris ⁊ naute earū fuerūt in  
p̄lo negociatōnis tue p̄se ⁊ lidij ⁊ libyes erāt  
in exercitu tuo viri bellatores tui. clypeum ⁊  
galeā suspenderunt in te p̄ ornatu tuo. Filij  
aradij cū exercitu suo sup muros tuos in cir/  
cūitu: sed ⁊ pigmei q̄ erāt in turrīb<sup>o</sup> tuis pha/  
retras suas suspēderunt in muris tuis p̄ gy/  
rum. Ipi cōpleuerūt pulchritudinē tuā. Car/  
thaginenses negociatores tui. A multitudine  
cumctarum diuitiarū. argēto. ferro. stanno.  
plumboq; repleuerūt nūdinas tuas. Grecia  
⁊ tubal ⁊ mosoch: ipi institores tui. Mancī  
pia ⁊ vasa erea adduxerūt p̄lo tuo de domo  
thogorma: eqs ⁊ equites ⁊ mulos adduxerūt  
ad forum tuū. Filij de dan negociatores tui.  
Insule mltē negociatio manus tue. Bentes  
eburneos ⁊ hebeninos cōmutauerūt in p̄cio  
tuo. Syrus negociator tuus. Propter multi/  
tudinē onerū tuorum. guttā ⁊ purpurā ⁊ scu/  
tulata ⁊ byssum ⁊ sericū ⁊ chodchod p̄posu/  
erunt in mercatu tuo. Iuda ⁊ terra isrl̄ ipi in/  
stitores tui in frumēto p̄mo. balsamū ⁊ mel ⁊  
oleum ⁊ resinā p̄posuerunt in nundinis tuis  
Damascenus negociator tuus in multitudine  
operū tuorū. in multitudine diūsarū opū: in vi/  
no pingui i lanis coloris optimi. Dan ⁊ gre/  
cia ⁊ mozel in nūdinis tuis p̄posuerūt ferruz  
fabrefactū. stacten ⁊ calamus in negociatōne  
tua. De dan institores tui in tapetibus ad se/  
dendum. Arabia ⁊ vniūsi p̄ncipes cedar ipi  
negociatores man<sup>o</sup> tue cuz agnis ⁊ arietibus  
⁊ hedīs venerūt ad te negociatores tui. Vē/  
ditores saba ⁊ rema ipi negociatores tui: cuz  
vniūsis p̄mis aromatibus ⁊ lapide p̄cioso et  
auro qd̄ p̄posuerunt in mercatu tuo. Aran ⁊  
chenne et eden negociatores tui. Saba assur  
⁊ chelmach venditores tui: ipi negociatores  
tui. multiphariā inuolutris hyacinthi et pol/  
lymitaruz gasarūq; p̄ciosarū q̄ obuolute et a/  
stricte erāt funibus: cedros q̄ habebāt in ne/  
gociationibus tuis. Naues maris p̄ncipes  
tui in negociatōe tua. ⁊ repleta es ⁊ glorifica/  
ta nimis in corde maris. In aq̄s mlti addux/  
erūt te remiges tui. Ventus auster p̄triuu te

In corde maris diuitie tue: et thesauri tui: et  
multiplex instrumentū tuū. Naute tui et guber/  
natores tui tenebāt suppellectilē tuam: et p̄lo  
tuo p̄erant. viri q̄ bellatores tui q̄ erant in te  
cuz vniūsa multitudine tua q̄ est in medio tui:  
cadent in corde maris in die ruine tue. A so/  
nitu clamoris gubnatorū tuorū ⁊ turbabunt  
classes. et descēdent de nauibus suis oēs q̄ te/  
nebant remum. Naute et vniūsi gubnatores  
maris i fra stabūt et eiulabūt sup te voce maḡ  
⁊ clamabūt amare. Et supiaciēt puluerez ca/  
pitibus suis: et cinere cōspergent. et radēt su/  
per te caluscium. accingent cilijs. Et plora/  
bunt te in amaritudine aīe ploratu amarissimo  
⁊ assument sup te carmen lugubre et plangēt  
te. Que est vt tyrus q̄ obtutus i medio ma/  
ris: Que in exitu negociationū tuarū de ma/  
ri implesti p̄los mltos in multitudine diuitia/  
rum tuarū ⁊ p̄lorū tuorum ditasti reges fre.  
Nunc cōtrita es a mari. in pfundis aquarū  
opes tue: ⁊ oīs multitudine tua q̄ erat in medio  
tui ceciderunt. Vniūsi habitatores insularū  
obstupuerūt sup te. et reges earū oēs tempe/  
state p̄cussi mutauerunt vultus. Negociato/  
res p̄lorū sibilauerunt sup te. Ad nihiluz de/  
ducta es: et non eris vsq; in perpetuum.

**E**t fact<sup>o</sup> est s̄mo dñi ad me dicens. Fili homis. dic p̄ncipi ty/  
ri. Hec dicit dñs deus. Eo q; eleuati  
est cor tuum ⁊ dixisti: deus ego sum  
et in cathedra dei sedi i corde maris: cum sis  
hō ⁊ nō deus: ⁊ dedisti cor tuū q̄si cor dei. Ec  
ce sapientior es tu danielē: omne secretuz nō  
est absconditū a te. In sapia et prudētia tua  
fecisti tibi fortitudinē. ⁊ acq̄sisti aurū ⁊ argē/  
tum in thesauris tuis. in multitudine sapie tue  
et i negociatione tua multiplicasti tibi fortitu/  
dinem. ⁊ eleuatum est cor tuuz in robore tuo  
Propt̄ea hec dicit dñs de<sup>o</sup>. Eo q; eleuatum  
est cor tuū q̄si cor dei: idcirco ecce ego addu/  
cam sup te alienos robustissimos gēnuz. Et  
nudabūt gladios suos sup pulchritudines sa/  
piētie tue: et polluent decorē tuū. Inficient  
⁊ detrahēt te. et morieris in interitu occisorū  
in corde maris. Nūqd̄ dicēs loq̄ris: de<sup>o</sup> ego  
sum corā inficientibus te: cū sis hō ⁊ nō de<sup>o</sup>  
In manu occidentiū te morte incircūcisoruz  
morieris in manu alienoz: q; ego locutus sum  
ait dñs deus. Et fact<sup>o</sup> est s̄mo dñi ad me di/  
cens. Fili hoīs: leua planctū sup regē tyri: et  
dices ei. Hec dic̄ dñs de<sup>o</sup>. Tu sigculū simili/  
tudis. plenus sapia. p̄fectus decore in deliti/  
is padisi dei fuisti. Omis lapis p̄ciosus ope/  
rimentum tuum. sardius. topazius et iaspis  
chrisolit<sup>o</sup> ⁊ onix ⁊ berillus. saphyrus et car/  
būcul<sup>o</sup> ⁊ sivaragd<sup>o</sup>. Aux q̄ op<sup>o</sup> decorū tui ⁊



# Ezechiel

foramina tua in die q̄ cōditus es p̄pata sunt. Tu cherub extētus ⁊ p̄tegēs ⁊ posui te in mō te sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti. p̄fect⁹ in vijs tuis a die cōditionis tue: donec inuēta est inīqtas in te. In mltitu/dine negociationis tue repleta sunt interiora tua inīqtate: ⁊ peccasti. ⁊ eieci te de mōte sancto dei: ⁊ pdidi te o cherub p̄tegēs de medio lapidū ignitorū. Et eleuatū est cor tuuz in de core tuo. Perdidisti sapientiā tuā in decore tuo. in terrā picci te añ faciē reguz dedi te vt cernerent te. In mltitudine inīqtatū tuarū et inīqtate negociatōnis tue polluisti sanctificatiōnē tuā. Produca ḡignem de medio tui q̄ comedat te. ⁊ dabo te in cinerē sup terram in cōspectu oim videntū te. Oēs q̄ viderint te in gentib⁹: obstupescēt sup te. Nihil factus es. ⁊ non eris in p̄petuū. Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hoīs pone faciē tuā cōtra sidonē ⁊ p̄phetab de ea: ⁊ dices. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te sidon. ⁊ glorifica boz in medio tui. Et scient qz ego dñs cū fecero in ea iudicia. ⁊ sanctifi car⁹ fuero i ea. Et imittā ei pestilentia ⁊ sanguinē i plateis eius: et corruent infecti in medio eius gladio per circuitū: ⁊ scient q̄a ego dñs. Et nō erit vltra domui isrl̄ offendiculum amaritudis ⁊ spina dolorē inferēs vndiqz p̄ circuitū eorū q̄ adūsanf eis. ⁊ scient qz ego dñs de⁹. Hec diē domin⁹ deus. Quā congregaui domū isrl̄ de populis i quibus dispersi sunt sanctificabor i eis coram gentib⁹. ⁊ habitabunt in terra sua quā dedi suo meo iacob. ⁊ habitabunt in ea securi. Et edificabunt domos ⁊ plantabunt vineas ⁊ habitabunt cōfident cū fecero iudicia in omnibus q̄ aduersanf eis p̄ circuitum. ⁊ scient qz ego dñs deus eorum. XXIX

**I**n anno decimo ⁊ duodecimo mense vna diē mensis: factum est vbum dñi ad me dicens. Fili hoīs. pone faciem tuam cōtra pharaonē regē egypti. ⁊ p̄pheta bis de eo. ⁊ d̄ egypto vniūsa loquere ⁊ dices. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te pharao rex egypti draco magne qui cubas in medio fluminū tuorum. et dicit: meus est fluuius. ⁊ ego feci memetipm. Et ponā frenū in maxill tuis et agglutinabo pisces fluminuz tuoz sq̄mis tuis. Et extrahā te de medio fluminū tuorum et vniūsi pisces tui squamis tuis adhe rebūt. Et p̄iciā te in destrū. et oēs pisces fluminis tui. Sup faciē terre cades. Nō colligeri neqz p̄gregaberī. Bestijs frē ⁊ volatilib⁹ celi dedi te ad deuorandum. ⁊ sciēt oēs habitato res egypti qz ego dñs. Pro eo q̄ fuisi baculus arūdinē domui isrl̄ qm̄ apphenderūt te māu et cōfract⁹ es et lacerasti oēm humerum

eorū et imitentibus eis sup te cōminutus es ⁊ dissoluisti omēs renes eoruz. p̄pterea hec dicit dñs deus. Ecce ego adducā sup te gladium meū ⁊ interficiā de te hoicm et iumētū. Et erit terra egypti in destrū et i solitudinem et scient qz ego dñs. Pro eo q̄ dixeris. flui⁹ me⁹ est ⁊ ego feci euz. idcirco ecce ego ad te et ad flumia tua. Daboqz terrā egypti in solitu dinez gladio dissipatā a turre syenes vsqz ad terminos ethyopie. Nō p̄trāsibit eā pes hoīs neqz pes iumētī gradief in terra. ⁊ non habi tabif q̄draginta annis. Daboqz terram egypti destram in medio terrarū destrarū. et ciuitates ei⁹ in medio vbiū subūfaz. ⁊ erunt desolate q̄draginta ānis. Et disp̄gā egyptios in natōes. ⁊ vētilabo eos in frās. Qu hec dicit dñs de⁹. p̄ finē q̄dragita annorū cōgregabo egyptū de popul in qb⁹ disp̄si fuerāt. ⁊ reducā captiuitatē egypti ⁊ collocauo eos in terra p̄hatures in terrā natiuitatis sue in terra d̄ qua sumpti sunt. Et erunt ibi in regnū humile. ⁊ inter cetera reḡ erit humilia. Et non eleuabit vltra sup natōes. et imminuā eos ne im perent gentib⁹: neqz erūt vltra domui isrl̄ p̄fidētia. docentes inīqtatem vtfugiant et se quant eos: ⁊ sciēt qz ego dñs deus. Et factū est in vicesimo et septimo anno in primo iur vna mensis factum est verbum dñi ad me d̄cens. Fili hoīs: nabuchodonosor rex baby lonis fūire fecit exercitū suum seruitute maḡ adūsus tyrū. Sē caput decaluatū ⁊ oīs hūerus depilatus est. Et merces nō est reddita ei neqz exercitui eius de tyro. ⁊ p̄ fuitute qua fūiuit mihi adūsus eam. Propt̄ea hec dicit dñs de⁹. Ecce ego dabo nabuchodonosor regem baby lonis in terra egypti. ⁊ accipiet mltitudinē ei⁹ et dep̄dabit manubias ei⁹ ⁊ diripiet spolia ei⁹. et erit merces exercitui illi⁹ et opi q̄ fūiuit adūsus eā. Bedi ei fram egypti p̄ eo q̄ laborauit mihi ait dñs de⁹. In die illa pullulabit cornu domui isrl̄. et tibi dabo aptū os i medio eorū. et scient qz ego domin⁹.

**F**actū est vbum dñi ad me XXX dicens. Fili hoīs p̄pheta et dic. Hec dicit dñs de⁹. Ululate ve ve diei q̄a fūit dies. et appropinquabit dies dñi dies nubis temp⁹ gentiū erit. Et veniet gladi⁹ in egyptū. et erit pauor in ethyopia cum ceciderint vulnerati in egypto. ⁊ ablata fuerit multitudo illius et destructa fundamenta eius. Ethyopia ⁊ libya et lydij ⁊ oē reliquū vulg⁹ ⁊ chub ⁊ filij terre federis cū eis gladio cadēt. Hec dicit dñs de⁹. Et corruēt fulciētes egypti ⁊ destruet supbia imperij ei⁹. A turre syenes gladio cadent in ea ait dñs exercituum. Et dissipabunt in medio terrarum desolata



rum et urbes eius in medio ciuitatum deftarum erunt. et sciet quod ego dominus deus. cum dedero ignem in egypto. et attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredient nuntij a facie mea in tribus ad pertendendam ethiopicam confidentiam. et erit pavor in eis in die egypti: quod absque dubio veniet. **Hec dicit dominus deus.** Et cessare faciam multitudinem egypti in manu nabuchodonosor regis babilonis. Ipse et populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur ad disperendam terram. Et uaginabunt gladios suos super egyptum. et implebunt terram insectis. et faciam alueos fluminum aridos et tradam terram in manus pessimorum. et dissipabo terram et plenitudinem eius in manus alienorum. **Ego dominus locutus sum.** **Hec dicit dominus deus.** Et disperdam simulacra. et cessare faciam idola de mēphis. et dux de terra egypti non erit amplius. Et dabo terrorem in terram egypti. et disperdam terram phatures. et dabo ignem in taphnis. et faciam iudicia mea in alexandria. Et effundam indignationem meam super pelusium robur egypti: et infirmitatem multitudinem alexandrie. et dabo ignem in egypto. Quasi parturientis dolebit pelusium et alexandria erit dissipata. et in mēphis angustie quotidianae. Iuvenes heliopoios et bubasti gladio cadent. et ipse captiue ducentur. Et in taphnis nigrescet dies: cum pertriuero ibi sceptrum egypti et defecerit in ea superbia potentie eius. **Ipse** nubes operietur filie autem eius in captiuitate ducetur. Et iudicia faciam in egypto. et sciet quod ego dominus. Et factum est in undecimo anno. in primo mense in septima mensis: factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. brachium pharaonis regis egypti confortabis et eccenon est obuolutum ut restitueret ei sanitas ut ligaretur panis et fasciret lintheos. et recepto robore possit tenere gladium. **Propterea** hec dicit dominus deus. Ecce ego ad pharaonem regem egypti: et continuo eius brachium forte sed fractum: et deiciam gladium de manu eius. Et dispergam egyptum in gentibus et uentilabo eos in terra. Et portabo brachia regis babilonis: dabo quoque gladium meum in manu eius. Et dispergam brachium pharaonis. et gement gemitibus insecti coram facie eius. Et portabo brachia regis babilonis. et brachia pharaonis concidentur. Et scient quod ego dominus: cum dederam gladium meum in manu regis babilonis. et extenderit eum super terram egypti. Et dispergam egyptum in nationes. et uentilabo eos in terram. et sciet quod ego dominus. XXXI

**F**actum est in anno undecimo. tertio mense. vna mensis. factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis: dic pharaoni regi egypti et populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua: Ecce assur quasi cedrus in libano pulcherrimis et frondibus nemorosus. excelsusque altitudine: et infirmitas frondes ele-

uatum est cacumen eius. **Quia** nutrierunt illum: abyssus exaltauit illum. Flumina eius manabant in circuitu radicium eius. et riuos suos emisit ad vniuersam regionem. **Propterea** eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis: et multiplicata sunt arbuta eius: et eleuati sunt rami eius super aquas multas. **Cum** extēdisset umbram suam in ramis eius fecerunt nidus omnia volatilia celi: et sub frondibus eius genuerunt omnes bestie saltuum et sub umbraculo illi habitabat ceterum genus plimarum. **Erat** quoque pulcherrimum in magnitudine sua: et in dilatatione arbutorum suorum. **Erat** enim radix illius iuxta aquas multas. **Cedri** non fuerunt altiores illo in paradiso dei. **Abietes** non aequauerunt summitatem eius: et platani non fuerunt eam frondibus illius. **Omne** lignum paradisi dei non est assimilatum illi et pulchritudini eius. quoniam speciosus feci eum: et multis predelesis frondibus. **Et** emulata sunt eum omnia ligna voluptatis: que erant in paradiso dei. **Propterea** hec dicit dominus deus. **Pro** eo quod sublimatus est in altitudine et dedit summitatem suam virentem atque pendulam. et eleuatum est cor eius in altitudine sua: tradidi eum in manus fortissimi gentium. **Facies** faciet eum. **Iuxta** impietatem eius feci eum: et succidetur eum alieni et crudelissimi nationum. **Et** percipient eum super montes et in circuitibus conuallibus corrumpent rami eius. **Et** confringent arbuta eius in vniuersis rupibus terre: et recedent de umbraculo eius omnes populi terre. et relinquetur eum. **In** ruina eius habitauerunt omnia volatilia celi: et in ramis eius fuerunt vniuersae bestie regionis. **Qua** obrem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum: nec ponentur sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa nec stabunt in sublimitate sua omnia que irrigant aquas. quod omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum ad eos que descendunt in lacum. **Hec** dicit dominus deus. **In** die quando descendit ad inferos induxi luctum. operui eum abyssus et prohibui flumina eius et cohercui aquas multas. **Contristatus** est super eum libanus et omnia ligna agri concussa sunt. **A** sonitu ruine eius commouerunt gentes. cum deducerent eum ad infernum cum his qui descendebant in lacum. **Et** solata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atque preclara in libano: vniuersa que irrigabantur aquis. **Nam** et ipsi cum eo descendent ad infernum ad interfectos gladio: et brachium vniuersumque sedebit sub umbraculo eius in medio nationum eius. **Cui** assimilatus es o in dicitur atque sublimis in ligna voluptatis: **Ecce** deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam. **In** medio in circuitu suorum dormies cum eis qui interfecti sunt gladio. **Ipse** est pharaon et omnis multitudo eius dicit dominus deus. XXXII



# Ezechiel

**F**actū est duodecimo anno. in mense duodecimo. in vna mensis. factum est vbum dñi ad me dicens. Fili hominis assumelamentū sup pharaonē regēz egypti. et dices ad euz. Leonī gentiū assimilat'es: et draconī qui est in mari. Et vētilabas cornū ī fluminib' tuis: et turbabas aq's pedib' tuis et ꝑculcabas flumina eaz. **P**rophea hec dicē dñs deus. Expandā sup te rete meū in multitudine ꝑloꝝ multoz: et extrahā te in sagena mea: et ꝑiciam te in terrā. **S**up faciē agri abijciam te: et habitare faciā sup te oia volatilia celi. et saturabo de te bestias vniūse terre. **E**t dabo carnes tuas sup mōtes: et implebo colles tuos sanie tua. **E**t irrigabo terram fetore sanguis tui sup mōtes: et valles implebunt ex te. **E**t operiā cū extinct' fueris celos: et nigrescere faciā stellas eius. **S**olem nube tegaz et luna nō dabit lumē suū. **O**ia luminaria celi merere faciā sup te et dabo tenebras super terrā tuā dicit dñs de'. **E**t irritabo cor ꝑloꝝ multoz: cum induxero cōtritionē tuā in gentibus sup terras q's nescis. et stupefcere faciā sup te ꝑlos multos. **E**t reges eoz horrore nimio formidabūt sup te: cuz volare ceperit gladi' meus sup facies eoz: et obstupescant repente singuli ꝑ anima sua in die ruine sue. **Q**uia hec dicit dñs deus. **G**ladi' regi babylonis veniet tibi. in gladijs fortis deijcia multitudinē tuā. **I**ncꝑugnabiles omēs gētes he. **E**t vastabūt supbiaz egypti: et dissipabitur multitudo eius. **E**t ꝑdam oia iumēta ei' que erāt sup aq's plurimas. et non turbabit eas pes hoīs vltra neq' vngula iumētoꝝ turbabit eas. **T**ūc purissimas reddā aq's eozum et flumina eozū q'si oleū adducā ait dñs de': cū dederō terrā egypti desolatā. **D**eseret autem terra a plenitudine sua qñ ꝑcussēro oēs habitatores eius: et scient qz ego dñs. **P**lancus ē et plangent eū filie gentiū super egyptū et sup multitudinē eius plāgēt eū. ait dñs de'. **E**t factus est in duodecimo anno: in qntadecia mēsis: factū est vbum domi ad me dicens. **F**ili hoīs. cane carmen lugubre sup multitudinēz egypti. **E**t detrahe eā ꝑam et filias gentiū ro bustarū ad terrā vltimāz cū his q' descēdunt in lacūz. **Q**uo pulchrior es descēde: et dormi cū incircūcisis. **I**n medio infectorū gladio cadēt. **G**ladius dat' est. **E**t extraxerūt eam et oēs ꝑlos eius. **L**oquent' ei potētissimi rot bustozū de medio inferni: q' cum auxiliatoꝝibus eius descēderūt et dormierūt incircūcisi/ infectorū gladio. **I**bi assur et ois multiudo eius. incircūcitu illius sepulc' eoz oēs infecti et q' ceciderunt gladio: quozū data sūt sepulcra in nouissimis lacu. **E**t facta est multitudo

eius ꝑ gyrū sepulcri eius vniūsi interfecti cadentesq' gladio q' dederant quondā formidinem suā in terra viuētūz. **I**bi elam et ois mltitudo eius ꝑ gyrū sepulcri sui. **O**mēs hi infecti ruentesq' gladio q' descēderunt incircūcisi ad terrā vltimā. **Q**ui posuerūt terrorem suū in terra viuētūz: et portauerūt ignominia suam cū his qui descēderunt in lacū. **I**n medio infectorū posuerūt cubile eius in vniūsis populis eius. in circūitu eius sepulchroz illius. **O**ēs hi incircūcisi interfectiq' gladio **D**ederūt eū terrore suum in terra viuētūz: et portauerūt ignominiam suam cū his q' descēdunt in lacū. **I**n medio infectorū positi sunt. **I**bi mosoch et thubat et ois multitudo eius in circūitu eius sepulcra illi'. **O**mēs hi incircūcisi interfectiq' et cadentes gladio: q' dederūt formidinē suam in terra viuētūz: et non dormient cū fortibus cadētibusq' et incircūcisis qui descenderūt ad infernum cum armis suis. **E**t posuerūt gladios suos sub capitibus suis et fuerūt iniquitates eoz in ossibus eoz: qz terroꝝ fortū facti sunt in tra viuētūz. **E**t tu ergo in medio incircūcisorū cōtereris: et dormies cū interfectis gladio **I**bi idumea et reges eius et omnes duces eius q' dati sunt cū exercitu suo cum interfectis gladio: et q' cū incircūcisis dormierunt et cū his qui descēderunt in lacū. **I**bi ꝑncipes aq'lonis omēs et vniuersi venatores q' deducti sunt cum interfectis. pauentes et in sua fortitudine cōfusi. q' dormierūt incircūcisi cū interfectis gladio: et portauerunt ꝑfusionē suā cū his q' descēdūt in lacū. **V**idit eos pharao et ꝑsolatus est sup vniuersa multitudinē suā q' interfecta est gladio: pharao et omis exercitus eius ait domi' deus: qz dedit terrore suum in terra viuētūz: et dormiuit in medio incircūcisorum cuz interfectis gladio: pharao et omnis multitudo eius ait dñs deus.

## XXXIII

**F**actum est vbum domi ad me dicens. **F**ili hoīs: loquere ad filios populi tui. et dices ad eos. **T**erra cū induxero sup eam gladium et tulerit ꝑlus terre virum vnū de nouissimis suis et constituerit eum sup se speculatoꝝe: et ille viderit gladium vententez super terrā et cecinerit buccinā et annunciauerit ꝑlo. audiēs autez quisquis ille est sonitum buccine. et nō obfuaerit. **V**eneritq' gladius et tulerit eū. sanguis ipsi' sup caput eius erit. **S**onū buccine audiuit et non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit. **S**i autem se custodierit. animā suam saluabit. **Q**ui si speculatoꝝ viderit gladium vententez et non int' sonuerit buccinā et populus se nō custodierit



veneritq; gladius et tulerit de eis animam. ille quidem in iniquitate sua captus est. sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis: speculatorem dedi te domui israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem annunciam eis ex me. Si me dicente ad impium. impie morte morieris: non fueris locutus ut se custodiat impius a via sua ipse impius iniquitate sua morietur. sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciam te ad impium ut a viis suis conuertatur: non fuerit pulsus a via sua. ipse in iniquitate sua morietur: porro tu animam tuam liberasti. Tu ergo fili hominis dic ad domum israel. Sic locuti estis dicentes. Iniquitates nostre et peccata nostra super nos sunt. et in ipsis nos tabescimus. Quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos. Vivo ego dicit dominus deus. Nolo mortem impij: sed ut conuertatur impius a via sua et viuat. Conuertimini a viis vestris pessimis. Et quare moriemini domine israel? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui. Iusticia iusti non liberabit eum in quocumque die peccauit et impietas impij non nocebit ei in quocumque die conuersus fuit ab impietate sua. Et iustus non poterit viuere in iusticia sua in quocumque die peccauerit. Etiam si dixerit iusto quod vita viuatur: et confusus in iusticia sua fecerit iniquitatem: oes iusticie eius obliuioni tradentur: et in iniquitate sua quam operatus est ipsa morietur. Si autem dixerit impio morte morieris: et egerit penitentiam a peccato suo fecerit iudicium et iusticiam: et pignus restituerit ille impius. rapinamque reddiderit. in mandatis vite ambulauerit. nec fecerit quicquam iniustum: vita viuatur et non morietur. Quia peccata eius que peccauit non imputabuntur ei. Iudicium et iusticiam fecit: vita viuatur. Et dixerunt filij populi tui. Quomodo est equum ponderis via domini. Et iporum via iniusta est. Cum ei recesserit iustus a iusticia sua feceritque iniquitates. morietur in eis. Et cum recesserit impius ab impietate sua. feceritque iudicium et iusticiam: viuatur in eis. Et dicitis non est recta via domini. Unumquemque iuxta vias suas iudicabo de vobis domine israel. Et factum est in duodecimo anno in decimo mense. in quinta mensis transmigrationis nostre venit ad me qui fugerat de babilonia dicens. Castata est ciuitas. Quam autem domini facta fuerat ad me vespere antequam veniret qui fugerat. apuitque os meum donec veniret ad me mane: et apertum ore meo non filij amplius. Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis: qui habitant in ruinosis his. super humum israel loquentes aiunt. Quomodo erat abraam: et hereditate possedit terram. Nos autem mli sumus: nobis data est terra in possessionem. Idcirco dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Qui in sanguine comedit et oculos vestros leuatis ad iudicium vestras et sanguinem funditis. numquam terram hereditate possidebitis? Stetit in gladijs vestris fecisti ab-

ominatioes: et vnusquisque vultum primi sui polluit. et terram hereditate possidebitis. Hec dices ad eos. Sic dicit dominus deus. Vivo ego quia qui in ruinosis habitant gladio cadent: et qui in agro est bestias tradet ad deuorandum. qui autem in pscidijs et in speluncis sunt peste morientur. Et dabo etiam ram in solitudine et in desertum et deficiet superba fortitudo eius. et desolabuntur montes israel: eo quod nullus sit qui per eos transseat. Et sciet quod ego dominus. cum dederero terram eorum desolatam et desertam propter inuisas abominatioes suas que operati sunt. Et tu fili hominis. fili populi tui qui loquitur de te iuxta muros: et in ostijs domorum: et dicit vni ad alterum vir ad proximum suum loquens: venite et audiamus que sit sermo egrediens a domino. Et veniunt ad quasi si ingrediat populus: et sedent coram te populus meus. Et audiunt sermones tuos et non faciunt eos: quod in canticum oris sui vertunt illos. Et auariciam suam sequitur cor eorum: et es eis quasi carmen musicum quod suauiter dulciter sono canitur. Et audiunt verba tua et non faciunt ea: et cum venerit quod predictum est. ecce enim venit tunc scient quod prophetes fuerit inter eos. XXXIII

**E**t factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. propheta de pastoribus israel. propheta et dices pastoribus. Hec dicit dominus deus. De pastoribus israel: qui pascebant semetipsos. Pone greges a pastoribus pascentur. Lac comedebatis et lanis operiebamini. et quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis et quod egrotum non sanastis. Quod confractum est non alligastis: et quod abiectum est non reduxistis: et quod pierat non quistis: sed cum austeritate impabatis eis et cum potentia. Et disperse sunt oues mee eo quod non esset pastor: et facte sunt in deuotionem ouium bestiarum agri et disperse sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus et in vniuerso colle excelso et super omnem faciem terre disperse sunt greges mei: et non erat qui requireret. Non erat inquam qui requireret. Propterea pastores audite verbum domini. Vivo ego dicit dominus deus: quod pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam et oues mee in deuotionem omnium bestiarum agri. eo quod non esset pastor. neque enim quiescerunt pastores gregem meum. sed pascebant pastores semetipsos et greges meos non pascebant: propterea pastores audite verbum domini. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse super pastores. requiram gregem meum de manu eorum. et cessare faciam ut ultra non pascant gregem meum. nec pascat amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum de ore eorum et non erit ultra eis in escam: quod hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse requiram oues meas: et visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum: in die quando fuerit



# Ezechiel

In medio ouium suarum dissipatarum: sic visita  
bo oues meas: et liberabo eas de omnibus locis  
in quibus dispersae fuerant in diebus et caliginis.  
**E**t educam eas de populo: et congregabo eas de  
terris: et inducam eas in terram suam: et pascam eas  
in montibus israel in riuibus et in cunctis sedibus terre.  
**I**n pascuis vberibus pascam eas: et in montibus  
excelsis israel erunt pascuae earum. **I**bi rediescent in  
herbis viridibus et in pascuis pinguibus pascunt  
super montes israel. **E**go pascam oues meas: et ego  
eas accubare faciam dicit dominus deus. **Q**uod pierat  
requira: quod abiectum erat reduciam: et quod confra-  
ctum fuerat alligabo. et quod infirmum fuerat consolidabo:  
et quod pingue et forte custodiam. et pascam il-  
las in iudicio. **Q**uos autem greges mei: hec dicit  
dominus deus. **E**cce ego iudico in foveis pecorum et pecorum. arie-  
tum et hircorum. **M**one satis vobis erat pascua  
bona depasci: **I**nsuper et reliquias pascuarum vestrarum  
conculcastis pedibus vestris: et cum purissima aqua  
bibetis: reliqua pedibus vestris turbastis. **E**t oues  
mee his quae conculcata pedibus vestris fuerant pasce-  
bantur. et quae pedes vestri turbauerant hec bibebant.  
**P**ropterea hec dicit dominus deus ad vos. **E**cce  
egipse iudico in foveis pecorum pingue et macilentum.  
**P**ro eo quod lateribus et humeris impingebatis  
et cornibus vestris ventillabatis omnia infirma peco-  
ra donec dispergerent foras: saluabo gregem me-  
um: et non erit ultra in rapina: et iudicabo in foveis  
pecorum et pecorum. **E**t suscitabo super ea pastorem unum  
qui pascat ea. **F**uimus enim dauid: ipse pascet ea: et  
ipse erit eis in pastorem. **E**go autem dominus ero eis in  
deum: et fuus meus dauid princeps in medio eorum.  
**E**go dominus locutus sum. **E**t faciam cum eis pactum  
pacis: et cessare faciam bestias pessimas de terra:  
et quae habitant in deserto. securi dormient in salti-  
bus: et ponam eos in circuitu collis mei benedictio-  
nem: et deducam imbrem in tempore suo: et pluuie  
benedictionis erunt. **E**t dabit lignum agrum fructum  
suum: et terra dabit germen suum et erunt in terra sua  
absque timore. **E**t scient quod ego dominus cum con-  
triuero catenas iugum eorum. et eruo eos de manu im-  
perantium sibi. **E**t non erunt ultra in rapina in  
gentibus: neque bestiae terrae deuorabunt eos: sed ha-  
bitabunt confidentes absque ulla terrore. **E**t susci-  
tabo eis germen nouatum: et non erunt ultra in  
minuti fame in terra. neque portabunt ultra op-  
probrium gentium. **E**t scient quod ego dominus deus eorum  
cum eis. et ipsi populus meus domus israel. ait dominus deus.  
**Q**uos autem greges mei greges pascuae mee homines  
estis. et ego dominus deus vestri dicit dominus deus. XXXV

**F**actus est sermo domini ad me dicens  
Fili hominis. pone faciem tuam ad ius montem  
seyr: et propheta de eo. et dices illi.  
hec dicit dominus deus. **E**cce ego ad te mons seyr et  
extendam manum meam super te: et dabo te desola-  
tum atque desertum. **U**rbes tuas demoliar: et tu

desertus eris: et scies quod ego dominus. eo quod fueris in  
inimicus semper et conclusus filios israel manum  
gladium in tempore afflictionis eorum: in tempore iniquitatis  
extreme. **P**ropterea uiuo ego dicit dominus deus: quoniam  
sanguini tradam te. et sanguis te persequetur. **E**t  
cum sanguinem oderis: sanguis persequetur te. **E**t da-  
bo montem seyr desolatum et desertum: et auferam de  
eo eum et redeuntem et implebo montes eius occi-  
sorum suorum. **I**n collibus tuis et in vallibus tuis  
atque in torrentibus interfecisti gladio cadent. **I**n  
solitudines semper tradam te. et ciuitates  
tuas non habitabunt. **E**t sciet quia ego dominus deus  
eo quod dixeris: due gentes et due terre mee erunt et  
hereditate possidebo eas: cum dominus esset ibi.  
**P**ropterea uiuo ego dicit dominus deus quod faciam ius-  
tiriam tuam et seruum zelum tuum quem fecisti odio  
hominis eos: et non efficiar pro eis cum te iudicatio.  
et scies quod ego dominus. **E**uidium uniuersa opprobria  
tua quae locutus es de montibus israel dices. **D**eserti  
nobis ad deuorandum dati sunt. **E**t insurrexistis  
super me ore uero: et derogasti aduersum me. **U**er-  
ba uera ego audiui. **H**ec dicit dominus deus. **R**etate  
te uniuersa terra. in solitudine te redigam. sicuti  
gaullus es super hereditate domus israel. eo quod fu-  
erit dissipata sic faciam tibi. **D**issipat enim mons  
seyr et idumea omnes: et sciet quod ego dominus.

**Q**uasi fili hominis. propheta XXXVI  
super montes israel: et dices. **A**udite uerbum domini.  
**H**ec dicit dominus deus  
**E**o quod dixerit inimicus de uobis. euge altitudi-  
nes semper in hereditate date sunt uobis. pro-  
pterea uaticinare et dic. **H**ec dicit dominus deus.  
**P**ro eo quod desolati estis et conculcati pro circuitu  
tuum: et facti in hereditate reliquias gentibus: et ascen-  
distis super labium lingue et opprobrium populi:  
propterea montes israel audite uerbum domini dei.  
**H**ec dicit dominus deus montibus et collibus torrenti-  
bus vallibusque et desertis. parietinis et uerbis  
derelictis quae depopulate sunt et subannate a reli-  
quias gentibus pro circuitu. **P**ropterea hec dicit do-  
minus deus. **Q**uia in igne zeli mei locutus sum de re-  
liquias gentibus. et de idumea uniuersa quae dederunt  
terram meam sibi in hereditate cum gaudio et toto  
corde et ex animo: et eiecerunt eam ut vastaretur: id-  
circo uaticinare super humum israel: et dices monti-  
bus et collibus iugis et vallibus. **H**ec dicit dominus de-  
us. **E**cce ego in zelo meo et in furore meo lo-  
cutus sum: eo quod perfusionem gentium sustinueritis.  
**I**dcirco hec dicit dominus deus. **E**go leuauimus ma-  
num meam ut gentes quae in circuitu uero sunt. ipse  
perfusionem suam portent. uos autem montes israel et  
mos ueros germinet et fructum uerum afferatis  
populo meo israel. **P**rope enim est ut ueniat.  
**Q**uia ecce ego ad uos et conuertar ad  
uos et arabimini et accipietis semetipsum. et mul-  
tiplicabo in uobis homines omnesque domum israel



Et habitabunt ciuitates et ruinosas instaurabunt: et replebo vos hominibus et iumentis et multiplicabunt et crescent. Et habitare vos faciam sicut a principio: bonis quoque donabo maioribus quam habuistis ab initio: et scietis quia ego dominus. Et adducam super vos homines plenum meum israel et hereditate possidebunt te. Et eris eis in hereditate et non addes ultra ut absque eis sis. Hec dicit dominus deus. Pro eo quod dicitur de vobis. deuoratis homines et suffocatis gentem tuam: propterea homines non comedes amplius et gentem tuam non necabis ultra ait dominus deus. Hec audita faciam in te amplius profusionem gentium: et opprobrium populorum nequaquam portabis: et gentem tuam non amittes amplius. ait dominus deus. Et factus est verbum domini ad me dicens. Filii hominis: domus israel habitauerunt in humo suo: et polluerunt eam in visceribus suis et in studiis suis. Iuxta immunditiam menstruate facta est via eorum coram me. et effudi indignationem meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terram. Et in idolis suis polluerunt eam: et dispersi eos in gentes: et ventilati sunt in terras. Iuxta vias eorum et adinuentiones eorum iudicavi eos. Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierunt. et polluerunt nomen sanctum meum: cum diceret de eis. populus domini iste est: et de terra eius egressi sunt. Et propter nomen sanctum meum: quod polluerat domus israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui israel. Hec dicit dominus deus. Non propter vos ego faciam domus israel. sed propter nomen sanctum meum quod polluistis in gentibus ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est in gentes. quod polluitis in medio earum: ut sciant gentes quia ego dominus. ait dominus exercituum: cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam iram de vobis et congregabo vos de vniuersis terris: et adducam vos in terram vestram. Et fundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris: et ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum et spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra. et dabo vobis cor carneum: et spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam ut in preceptis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: et erit mihi in populum: et ego ero vobis in deus. Et saluabo vos ex vniuersis iniquitatibus vestris: et vocabo frumentum et multiplicabo illud: et non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni et gemina agri ut non portetis ultra opprobrium famis in gentibus. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum studiorumque non honorum: et displicebunt vobis iniquitates vestre et scelera vestra. Non propter vos ego faciam. ait dominus deus: notum sit vobis. Confundimini et erubescite super visum vestrum domus israel. Hec dicit dominus deus. In die quam mundauero vos ex omnibus ini-

quitate vestra et inhabitari fecero urbes et instauratio ruinosas et terra deserta fuerit excolta quam quondam erat desolata in oculis omnis viatoris dicitur. Terra illa inculta. facta est ut horum voluptatibus: et ciuitates deserte et destitute atque suffosse munite sederunt. Et sciens gentes quicunque derelictae fuerint in circuitu vestro quia ego dominus edificavi dissipata: platanusque inculta. ego dominus locutus sum et feceri. Hec dicit dominus deus. Adhuc in bethinueniet me domus israel ut faciam eis. Multiplicabo eos sicut gregem hominum ut gregem sanctum: ut gregem hierusalem in solennitatibus eius. Sicerunt ciuitates deserte plene gregibus hominum: et sciet quia ego dominus.

XXXVII

Acta est super me manus domini: et eduxit me in spiritu domini: et dimisit me in medio campum qui erat plenus ossibus: et circumduxit me per ea in gyro. Erant autem multa valde super faciem campum: siccitasque vehemens. Et dixit ad me. Fili hominis putas ne viuunt ossa ista: Et dixi. Domine deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis. Et dices eis. Ossa arida audite verbum domini. Hec dicit dominus deus ossibus his. Ecce ego intromittam in vos spiritum et viuatis et dabo super vos nervos: et succrescere faciam super vos carnes: et superextendam in vobis cutem et dabo vobis spiritum et viuatis: et scietis quia ego dominus. Et prophetavi sicut preceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetate me. et ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: unumquodque ad iuncturam suam. Et vidi: et ecce super ea nervi et carnes ascenderunt: et extensa est in eis cutis desuper: et spiritum non habebat. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum vaticinare filii hominis: et dices ad spiritum. Hec dicit dominus deus. Quatuor ventis veni spiritus et ius super interfectos istos: et reuiuiscant. Et prophetavi sicut preceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus: et reuixerunt. steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Filii hominis. ossa hec vniuersa domus israel est. Ipsi dicunt. Aruerunt ossa nostra: et perijt spes nostra: et abscisi sumus. Propterea vaticinare et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos vestros: et educam vos de sepulchris vestris populus meus: et inducam vos in terram israel. Et scietis quia ego dominus cum aperuero sepulchrum vestrum: et educero vos de tumulo vestrum populus meus. et dederam spiritum meum in vobis et vixerit. Et resuscitare vos faciam super humum vestrum: et scietis quia ego dominus locutus sum et feci. ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me dicens. Et tu filii hominis sumentibi lignum vnum: et scribe super illud. iude et filiorum israel socius eius. Et tolle lignum alterum: et scribe super illud. ioseph lignum effraim. et cuncte domus israel sociorumque eius. Et adiuuge illa vnum ad alterum tibi lignum vnum: et erunt



in unione in manu tua. Cū autē dixerit ad te filij populi tui loquentes. nōne indicas nobis qđ in his tibi vel? Rōris ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego assumā lignū ioseph qđ est in manu efrāim ⁊ tribus isrl qđ sūt ei adiuncte. ⁊ dabo eas paritē cuz ligno iuda et faciaz eas in lignū vnuz: ⁊ erunt vnū in manu eius. Erunt autēz ligna super qđ scripseris in manu tua in oculis eozuz: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego assumāz filios isrl de mediationū ad qđ abierūt: et cōgregabo eos vndiq; et adducā eos ad humū suā. Et faciā eos in gentēz vnā in terra in mōribus israel: ⁊ rex vnus erit omnibus imperās. Et nō erunt vltra due gētes: nec diuident ampli⁹ in duo regē. Neq; polluēt vltra in idolis suis et abominatōibus suis ⁊ cūctis iđtatib⁹ suis: ⁊ saluos eos faciā de vniūsis sedibus suis in qđ peccauerūt: ⁊ emūdabo eos. Et erunt mihi ppl⁹ ⁊ ego ero eis deus. et fruis meus David rex sup eos: ⁊ pastor vnus erit oīm eozū. In iudicijs meis ambulabūt: ⁊ mādāta mea custodient et facient ea. Et habitabunt sup terram quā dedi seruo meo iacob i qua habitauerūt patres vři: ⁊ habitabūt sup eū ipsi ⁊ filij eoz ⁊ filij filiorū eozū vsq; in sempiternū. ⁊ david fruis meus pnceps eozū in ppetuū. Et pcutiam illis fedus pacis: pactū sempiternū erit eis. Et fundabo eos ⁊ multiplicabo: ⁊ dabo sanctificationē meā in medio eozū in ppetuū. Et erit tabernaculū meū in eis. et ero eis de⁹ ⁊ ipsi erunt mihi popul⁹. Et scient gentes qz ego dñs sanctificator israel cuz fuerit sanctificatio mea i medio eoz i ppetuū. XXXVIII

**F**actus est vno domi ad me dicens. Filij hoīs. pone faciez tuam cōtra gog ⁊ terrā magog pncipem capitis mosoch et thubal: et vaticinare de eo: et dices ad eū. Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego ad te gog pncipez capitis mosoch ⁊ thubal. Et circūagam te ⁊ ponam frenuz in maxillis tuis: et educā te ⁊ omnē exercituz tuū. equos ⁊ eqtes vestitos lorizis vniūsos: multitudinem magnam hastā ⁊ clypeū arripientū et gladium. Perle ethyopes ⁊ libyes cū eis: omēs scutati ⁊ galeati. Somer ⁊ vniūsa agmina eius. domus thogozma latera aquilonis ⁊ totuz robur eius p̄lq; multi tecū. Prepara ⁊ instrue te ⁊ omnem multitudinē tuā qđ coaceruata est ad te. ⁊ esto eis in pceptū. Post dies multos visitaberis. In nouissimo annozū venies ad terrā que reuerſa est a gladio et cōgregata est de populū multis ad mōtes israel qui fuerunt deserti iugiter. Hec de populis educa est: et habitabūt in ea cōfident vniūsi. Ascendens autēz quasi tempestas venies et quasi nubes

vt operias terras tu ⁊ omia agmina tua ⁊ populi multi tecuz. Hec dicit dñs deus. In die illa ascendent sermones super cor tuuz: et cogitabis cogitationez pessimā et dices. Ascendam ad terrā absq; muro: veniā ad quiescentes habitātesq; secure. Hi omēs habitant sinemuro: vectes et porte nō sunt eis. Si diripias spolia et inuadas predā: vt inferas manū tuā super eos qui deserti fuerāt et postea restituti: et sup populū qui est cōgregatus ex gentibus qui possidere cepit ⁊ esse habitator vmbilici terre. Saba ⁊ dedan et negotiatores tharsis et omēs leones eius dicent tibi. Nunqđ ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiendāz predā cōgregasti multitudinē tuā: vt tollas argentum ⁊ aurū. auferas suppellectilez atq; substantiam. et diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili homis: ⁊ dices ad gog. Hec dicit dñs deus. Nunqđ non in die illo cum habitauerit ppl⁹ meus israel cōfident: scies et venies de loco tuo a lateribus aqilonis tu ⁊ populi multi tecum: ascensores equozuz vniūsi. cetus magnus ⁊ exercitus vehemēs: ⁊ ascendens sup populū meū israel quasi nubes vt operias terram. In nouissimis diebus cris. et adducāz te sup terrā meā vt sciant gentes me cum sanctificatus fuero in te in oculis eozum o gog. Hec dicit domin⁹ deus. Tu ergo ille es de qđ locutus sum in diebus antiq̄s in manu seruorum meoz pphetaz isrl: qđ pphauerūt in diebus illozū temporū vt adducerez te sup eos. Et erit in die illa. in die aduētus gog sup terram isrl. ait dñs deus. ascendet indignio mea in furore meo et in zelo meo. In igne ire mee locutus sum. qđ in die illa erit cōmotio magis sup terrā israel: et cōmouebunt a facie mea p̄fces maris et volucres celi et bestie agri. ⁊ oē reptile quod mouet super humū. cūctiq; homines qui sunt sup facie terre. Et subuertentur mōtes et cadēt sepes: ⁊ omīs murus corruet in terrā. Et cōuocabo aduersus eū in cūctis montib⁹ meis gladius. ait dñs de⁹. Gladius vniūscuiusq; in fratre suuz diriget. Et iudicabo eū peste et sanguine ⁊ imbie vehe mēti ⁊ lapidibus imensis. Ignez et sulphur pluā sup euz ⁊ sup exercitū eius: et sup p̄plos multos qui sūt cū eo. Et magnificabor: et sanctificabor: ⁊ notus ero in oculis multarū gentium: et scient quia ego dñs. XXXIX

**T** autē filij homis vaticinare aduersum gog: et dices. Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego super te gog pncipem capitis mosoch et thubal: ⁊ circūagam te ⁊ educam te: ⁊ ascendere te faciam de lateribus aqilonis: ⁊ adducā te sup mōtes isrl. Et pcutiaz

*Nimph. lib. 14. hist. r. 38. ita habet. Los. Mosus e dñs. dicitur. Biblia non habet. v. 7. c. 93. Nimph. ab ista vniūsa. Anthonim sen Anthonium gen. fuit in ex parte mine. Christiana est. ⁊ Sch. Antonia. vbi hinc*



arcū tuū in manu sinistra tua: ⁊ sagittas tuas  
de manu dextera tua deiciās. Super mōtes  
isrl̄ cades tu et om̄ia agmina tua et populi tui  
qui sunt tecum. Feris auibus. om̄iq; volatili  
celi et bestijs terre dedi te ad deuorandum.  
Super faciē agri cades: q; ego locutus sum  
ait dñs deus. Et immittā ignē in magog ⁊ in  
his q; habitant in insulis confident. ⁊ sciēt q; ego  
dñs. Et nomen sanctum meuz notū faciā  
tu medio populi mei israhel et non polluā no-  
men sanctum meū amplius: ⁊ sciant gētes q; ego  
dñs sanctus israhel. Ecce venit: et factus est  
ait dñs deus. Hec est dies de qua locutus suz.  
Et egredient̄ habitatores de ciuitatibus isrl̄  
⁊ succedēt ⁊ cōburēt arma. clypeū ⁊ bastas  
arcū ⁊ sagittas ⁊ baculos manuū et contos.  
et succedēt ea igni septez annis. Et nō porta-  
bunt ligna de regionibus neq; succidēt de sal-  
tibus qm̄ arma succedēt igni et dep̄dabun-  
tur eos q; bus p̄de fuerāt: et diripiēt vastato-  
res suos. ait dñs deus. Et erit. in die illa da-  
